et aliis iuris medijs et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo Ita sua personali recognitione ad praemissa omnia et singula accedente.

Jaworska abrenunciat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premislien. Mag[nifi]ca Marina M[agnifi]ci Petri Walowicz Jaworski Consortissima cum eiusdem Mariti sui ac Tutoris Coniugalis personali assistentia Sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis et Competentibus recedendo praesenti autem Castren. Capitan. Premislien. Jurisdictioni quoad actum hunc attinet totaliter et plenarie subijcien. et incorporan. palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipsa de bonis Paternis et Maternis ipsam post Parentes ipsius legitime spectan. et de recognitione concernentibus in manus Fratrum suorum accepta ab ipsis reali et sufficienti satisfactione abrenunciat et abdicat de bonisque omnibus ipsam iure successionis naturalis concernen. et ad eam pertinen. condescendit hac sua recognitione ad praemissa omnia personali accedente.

Lodzinski Suskie[o] quietat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien. G[enero]sus Fridericus Lodzinski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis propriis et Competentibus recedendo praesenti autem Castren. Capitan. Premislien. Jurisdictioni quoad actum hunc attinet totaliter et plenarie se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus subijciendo et incorporando palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse G[enero]sum Stanislaum Suski de summa Mille octingentorum florenorum Polonicalium sibi recognita per praedictum Suski coram actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien. modo simplicis debiti inscripta et per se recognita se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus